

ἡ Ἰαζυρὸν

ἡ Ἰαζυρὸν
ἡ Ἰαζυρὸν

iuxta Eridanum amnē, quem Padum uocamus. Et electrum appellatum, quoniam sol uocitatus sit electros, plurimi poetæ dixerunt, primiq; ut arbitror. Eschylus, Philoxenus, Nicander, Euripides, Satyrus. Quod esse falsum Italiae testimonio patet. Diligentiores eorum electridas insulas in mari Adriatico esse dixerunt, ad quas dilaberetur Padus. Qua appellatione nullas unq; ibi fuisse certum est. Nec uero ullas ibi appositas esse in quas quicq; cursu padi deuehi possit. Nam q; Eschylus in Hyberia hoc est in Hispania Eridanum esse dixit, eundemq; appellari Rhodanū. Euripides rursus & Apolloniꝰ in Adriatico litore cōfluere Rhodanum & Padum, faciliorem ueniam facit ignorati succini, in tanta orbis ignorantia. Modestiores, sed æque falsum prodidere in extremis adriatici sinus rupibus inuēns arbores sate, quæ canis ortu hoc effunderent gūmi. Theophrastus in Liguria effodi dixit. Phaetontem in Æthiopia ammonis obisse. Ob id delubrum ibi esse atq; oraculum Electrumq; gigni. Philemon fossile esse, & in Scythia erui duobus locis. Cādīdū atq; cærei coloris quod uocaretur electrum. In alio loco fuluum quod appellaretur sualeternicum. Demonstratus Lyncurion id uocat,

ἡ Ἰαζυρὸν

ἡ Ἰαζυρὸν

ἡ Ἰαζυρὸν